

tus quondam pater meus tradidisset et imbriviasset, quas explorare non potuit propter eius mortis interventum, ut constat per cartam unam traditam per Francinum filium Petri Scaravazii notarium, porte Cumane, anno currente millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die decimo mensis iunii, indictione decima, hanc cartam ab eius imbrevisaturis extrassi et explevi et me subscripsi.

5

DCCXIII.

1297 giugno 14, venerdì

Alla presenza di Francesco de Fontana giudice e assessore del podestà di Milano Muzio de Spana servitore del comune riferisce di essersi recato con il procuratore della chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano in Vimercate per sequestrare i beni dovuti alla chiesa.

10

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 65 (B).

Reg.: A. GRECO, *Note storiche* ..., in ACME, 1959, fasc. I-III, p. 99.

MCCLXXXVII, die veneris XIII die iunii, indictione X. Coram domino Francisco de Fontana iudice et assessore potestatis Mediolani retulit et dixit Muzius de Spana servitor comunis Mediolani se, de mandato suprascripti iudicis ad petitionem domini prepositi et capituli ecclesie Sancti Georgi in Palatio, ivisse una cum Alberto Spicario sindaco dicti capituli die mercurii XII die iunii ad burgum de Vicomercato occasione robandi de bonis et rebus debitorum et b[ann]itorum dicti prepositi et capituli; et cum fuit in dicto burgo, voluit robare Ambrosium Merosum et Guifredum de Pesina et Filipum Rustigum et Ambrosium Abbatem, omnes de predicto burgo, eorum nomine et nomine comunis illius burgi, debitores et bannitos suprascripti domini prepositi et capituli; et sic ipsi omnes suo nomine et nomine comunis illius burgi vetaverunt dicto servitori se derobari. Item dixit ivisse suprascripta die mercurii una cum predicto Alberto sindaco ut^a supra ad domum Mafei et Iacobi fratrum qui dicuntur de Scotis de ipso burgo, debitorum et bannitorum suprascripti domini prepositi et capituli, occasione robandi eos et, cum voluit dictus servitor robare eos, vetaverunt dicto servitori se derobari. Et sic dictus servitor dedit terminum cuilibet predictorum faciendi suam defensionem de dicto vetito, si in aliquo vollebant facere defensionem, ad octo die^b proximos et essendi ad causam die iovis XX die iunii alioquin, lapsso^b termino, poneret eos sub libro palperi de vetito, secundum formam statuti comunis Mediolani.

15

20

25

30

Ego Iohannes Leveza notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno posui.

^a *Segue parola cancellata.* ^b *Così in B.*

35

DCCXIV.

1297 giugno 22, sabato

Francesco de Fontana giudice e assessore del podestà di Milano affida al giurisperito Ubertano Mirabilia la causa vertente tra la chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano e il comune e gli uomini di Vimercate.

40

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 66 (B).

Reg.: A. GRECO, *Note storiche ...*, in ACME, 1959, fasc. I-III, p. 99.

In nomine Domini. MCCLXXXVII, die sabbati XXII die iunii. Dominus Francis-
 5 ciscus de Fontana iudes et assessor potestatis Mediolani comisit et comitit domino
 Ubertano Mirabillie iurisperito questionem vertentem inter dominum prepositum et ca-
 pitulum ecclesie Sancti Georgi in Palatio, actores, pro quibus fuit Albertus Spiciarius
 eorum syndicus et procurator, ex una parte et comune et homines burgi de Vicomercato
 10 ex altera parte, pro quibus fuit Miranus de Bernate eorum syndicus et procurator, ad co-
 gnoscendum et ad determinandum utrum predictus Albertus syndicus ut supra, predicto
 nomine, possit ponere dictum comune et homines dicti burgi sub libro palperi de verito
 an non; et hoc non obstantia contradictione domine Iacobe relicte quondam Iacobi de
 Cixinusgio et filie quondam ser Churadi de Castiliono, que oposuit se defensionem huius
 15 cause ratione sui iuris et interesse, pro qua fuit Guifredus Cartelata eius procurator, et
 non obstantibus allegationibus predicti Mirani syndici ut supra.

Ego Iohannes Leveza notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno
 est.

DCCXV.

1297 luglio 10, mercoledì

20 Alla presenza di Guglielmo della Pernice giudice e assessore del podestà di Milano
 Cerrudo de Radegoxa servitore del comune riferisce di essersi recato, a seguito petizio-
 ne del monastero di Chiaravalle, in Moirago e in Assago per ordinare la chiusura dei fos-
 sati che danneggiavano il flusso delle acque dell'Olonia ai mulini del monastero.

25 Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano,
 Mon. S. Ambrogio, cart. 325, tav. 14, n. 140 (B).

MCCLXXXVII, die mercurii X die mensis iulii, indictione X. Coram domino
 Guilielmo de la Pernice iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Cerrudus de Ra-
 degoxa servitor comunis Mediolani se. ad petitionem domini abbatis et monachorum et
 capituli et conventus monasterii de Caravalle, ivisse ad infrascriptas partes, videlicet ad
 30 locum de Moirago, et precepisse Iacobo Zurle et Panollo filio eius et item precepisse Ia-
 cobo Raspe et magistro Mullinario de Axago de loco Axago et cuilibet eorum ad pro-
 prias domos habitationum eorum et cuiuslibet eorum ut per sacramentum et sub pena et
 banno de libris CC tertiorum pro quolibet eorum et plus ad voluntatem suprascripti
 assessoris incontinenti et presente ipso servitore stopent vel stopari fatiant omnia fossa-
 35 ta per que derivaretur aqua de flumine Ollone in preiudicium dicti monasterii et molan-
 dinorum dicti monasterii et quod de cetero illam aquam derivare non deberent per illa
 fossata nec per alia fossata et quod aliqua fossata vel aliquod opus vel laborerium non fa-
 tiant nec fieri fatiant quominus dicta aqua dicti fluminis Ollone fluet vel fluere possit ad
 40 et precepisse predictis omnibus ad proprias domos eorum et in propria persona ut si in
 aliquo volebant contradicere quod venirent coram dicto iudice ad terminum infradic-
 tum; et dedisse eis omnibus terminum suprascripto die mercurii.

Ego Philippinus Giocha notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi et
 in quaterno est.



DCCXVI.

1297 luglio 11, giovedì

A seguito precetto di Guglielmo de Pernice giudice e assessore del podestà di Milano Cerrudo de Raigoxa servitore del comune ordina, su petizione del monastero di Chiaravalle, nei luoghi di Moirago e Assago che vengano chiusi i fossati che danneggiavano il flusso delle acque dell'Olonza ai mulini del monastero. 5

A seguito mancata esecuzione dell'ordine da parte degli interessati, il giudice conferma il precetto.

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 325, tav. 14, n. 140 (B). 10

MCCLXXXVII, die iovis XI die iullii, indictione X^a. Cum preceptum esset ex parte et precepto domini Guilielmi de Pernice iudicis et assessoris potestatis Mediolani per Cerrudum de Raigoxa servitorem comunis Mediolani, ad petitionem domini abbatis et monachorum et capituli et conventus monasterii Caravallis, Iacobo Zurle et Petrollo^b filio eius qui habitant in loco Moirago et Iacobo Raspe civitatis Mediolani et magistro Murinario de Axago de loco Axago et cuilibet eorum et ad proprias domos habitationis eorum et cuiuslibet eorum ut per sacramentum et sub penna^c et banno de libris CC tertiorum pro quolibet eorum et plurium ad voluntatem ipsius assessoris incontinenti et presente ipso servitore stoparent vel stopari facerent omnia fossata per que derivaretur aqua de flumine Ollone in preiudicium dicti monasterii et quod de cetero illam aquam derivare non deberent per illa fossata nec per alia fossata et quod aliqua fossata vel aliquod opus vel laborerium non facerent nec fieri facerent quatinus dicta aqua dicti fluminis Ollone fluat vel fluere possit ad mollandina dicti monasterii iacentia et existentia in locis de Vicomaiori et de Setezano; et dedisse ille servitor eis et cuilibet eorum, si contradicere volebant in aliquo, terminum comparendi coram eo die mercurii proxime preterita. Et ipsi Iacobus Zurle et filius et Iacobus Raspa et magister Murinarius de Axago non comparuerunt coram ipso iudice nec aliquis pro eis vel aliquo eorum. Ideo dictus iudex confirmavit et approbavit et ratificabit et confirmat et approbat et ratificat dictum preceptum et dicta precepta et omnia ea que continentur in dicto precepto et in rellatione servitoris facta de ipso precepto. Et hec omnia fecit ipse iudex ad petitionem domini abbatis et monachorum et capituli et conventus dicti monasterii. 20

Ego Philippinus Giocha notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno est. 25

^a Segue parola cancellata. ^b Così in B; Panollo nell'atto che precede. ^c Così in B.

DCCXVII. 35

1297 agosto 14, mercoledì

Scoto de Sancto Ziminiano giudice e vicario del capitano del popolo di Milano ordina al comune di Rosate di cancellare dall'elenco dei debitori dei dazi i nomi degli uomini della grangia di Cascina Basiano e di Ticinello del monastero di Morimondo.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Morimondo, cart. 691, n. 240 (A). 40

MCCLXXXVII, die mercurii XIII die augusti. Dominus Scotus de Sancto Ziminiano iudex ac vicarius domini capitanei populi Mediolani precipiendo mandat potestati, vicario, consulibus, officialibus et comuni burgi de Roxate per sacramentum et in banno ad voluntatem dicti iudicis ut incontinenti, viso hoc precepto, cancellent [et] cassent omnem cautionem eis factam occasione hominum et [bonorum]^a grantie de Baxilliano et grantie de Ticinello monasterii Morimondi, qui capti et robbati fuerunt ad petitionem Iacobini Cavallerii et soriorum olim datieriorum, ut dicitur, plebis de Roxate, et qui consignati fuerunt comuni et hominibus dicti burgi, et hoc quoniam Beltramus Moronus fecit bonam cautionem coram dicto iudice de solvendo totum id quod reperiretur eos Iacobinum et socios habere debere ab hominibus dictarum grantiarum, si quid habere [de]bent. Et ex nunc idem iudex cassat et irritat omnem cautionem factam [in dicto] burgo comuni et hominibus dicti burgi occasione illorum hominum et....

(ST) Albertus.

Ego Thomasinus de Ys. notarius de mandato dicti domini Scotti me subscripsi^b.

15 ^a bonium in A. ^b Segue annotazione di mano del notaio che sottoscrive: Servitor est Ambrosius de Leuco servitor comunis Mediolani.

DCCXVIII.

1297 agosto 21, mercoledì

20 Guglielmo de Pernice giudice e assessore del podestà di Milano ordina a Beltramo de Paravexino servitore del comune di recarsi, su richiesta del monastero Lentasio di Milano, nel luogo di Vittuone per impedire il taglio di piante su terre di proprietà del monastero.

Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Santuario, cart. 424, n. 58 (A).

25 La data è quella della notifica del notaio al servitore.

In nomine Domini. Precepit dominus Guilielmus de Perdice^a iudex et assessor potestatis Mediolani Beltramo^b de Peravexino^c servitori comunis Mediolani, ad petitionem domine abbatisse et capituli et conventus monasterii Lantaxii Mediolani, quatinus vadat ad locum de Vittudono et precipiat Iacobo de Busti de ipso loco per sacramentum et in banno librarum D et plurium ad voluntatem dicti iudicis quatinus non debeat extirpare nec taliare nec removere nec extirpari vel talliari vel removeri facere aliquas arbores vel plantas que sint vel existant in terris et super terris ipsius monasterii, que tenentur et teneri consueverunt locationis nomine ad massaritium per ipsum Iacobum in ipso loco et eius territorio et quod non inquietet et impediat vel molestet nuntios ipsius monasterii ad abducendum de ipsis terris quandam arborem roboris, que extirpata est in 35 ipsis terris per ipsum Iacobum vel eius nomine, quominus possint ipsi nuntii dicti monasterii viam trahere ipsam roborem et quaslibet alias robore quas voluerint. Item precipiat consulibus et officialibus dicti loci tam de nobillibus quam vicinis per sacramentum et in banno de libris D dicto comuni et libris CC cuilibet consuli et officiali et singulari 40 persone quatinus non permittant ipsum Iacobum nec aliam personam contra voluntatem ipsius abbatisse et capituli movere vel extirpare aliquam arborem vel plantam ex ipsis terris, et quod dent et prestant nuntiis dicti monasterii validum auxilium et iuvamen cum effectu et cum suis propriis manibus ad viam ducendum dictam arborem roboris et